



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

EXERCITATIO ACADEMICA

QVA

POLITICA
SYMBOLICAM

PRAECIPVIS QUI AD INAVGVRO
DOS REGES ADHIBENTVR
RITIBVS COMPREHENSAM

PRAESIDE

DN. MARTINO HASSI

MORALIVM ET CIVILIVM PROFESSORE PVB
ORDINIS PHILOSOPHICI NVNC DECANCO
COMITE PALATINO IMPERIALI AVCT
RITATE CONSTITVTO

*PATRONO SVO STVDIORVMQVE AMPLIFICA
SINGVLARITER COLENDO*

IN

ILLVSTRI AD ALBIM ACADEMIA

D. XXI APRILIS c1o 1o cc xxxvi

H. L. Q. C

AD DISCEPTANDVM PROPONET *V. & C.*
AVCTOR

M. FRIDERICVS MVLLER

IESSENA-SAXO SS. THEOL. CVLT

VITEBERGAE

KOBERSTEINIANAE VIDVAE LITERIS

OFFICE OF THE
DIRECTOR OF THE
BUREAU OF THE
CENSUS

WASHINGTON, D. C.
20540



STATISTICAL
ADMINISTRATIVE
SERVICES

GENERAL INVESTIGATIVE
DIVISION

WASHINGTON, D. C.
20540





Q · D · B · V

PROLEGOMENA



uemadmodum uaria semper hominum ingenia extitere, quae ad bonum pariter ac iustum eligendum non uno quasi tramite duci potuerunt, ita nunquam defuerunt eiusmodi ductores, qui praeceptis morum ac uitae, diuersa traditis methodo, errantes in rectam traducere uiam omni studio collaborarunt. Multis enim semper persuasum fuit, statum in ciuitate tranquillum eo certius effici posse, quo frequentius hominibus uera atque iusta uiuendi ratio proponeretur. Alios uero ut taceam modos, quibus ad hunc obtinendum finem usi sunt sapientes, in primis Aegyptii, Pythagoras et Aesopus, unum tantum afferam, quo hominibus, in statu ciuili consideratis, officia certa commendare uoluerunt. Hoc ipsum uero est, quod praesens hoc nostrum institutum fusius explicabit, cum de Politica Symbolica aliquid tradere apud animum constitutum sit. Desiderari autem hic argumenti expositio uidetur, ut eo melius pateat, quid sit, quod tradam. Videlicet prudentia politica illa in primis dicitur scientia practica, quae, uno uerbo, de eo agit, quod circa mores hominum in statu

A 2 ciuili

ciuili iustum, uel iniustum, bonum, uel malum est. Symboli
 uero hoc loco nihil est aliud, nisi signum rei alicuius occulti
 et latentis, siue imago, ingeniosam ac reconditam habens
 multitudinem, ueluti elephas dicitur symbolum pietatis, ig-
 apud Romanos olim immortalitatis, arcus caelestis gratia
 cupressus apud ueteres aeternitatis defunctorum, postea
 etus fuit symbolum. Sic serpens symbolum calliditatis u-
 catur, columba simplicitatis, agnus patientiae. Alia ex sac-
 passim literis et aliunde hausta afferuntur in *Palatio Eloqu-
 tiae Exerc. III. punct. 7.* Huc etiam pertinent *Io. Pierii Valer-
 ni Hieroglyphica* et *Nic. Causini Symbolica Aegyptiorum sapientia*.
 His itaque expositis patet, Politicam Symbolicam talem esse
 doctrinam, qua certae uirtutes certaque officia hominum
 in statu ciuili consideratorum, ex certis rebus, talem
 significationem habentibus, explicantur, debitoque modo ap-
 plicantur. Obiectum uero tractationis nostrae erunt insignia
 et ritus, in inaugurandis regibus consueti. Inaugurare enim
 idem est, ac Principem aliquem in dignitatem regis in sole-
 niter, certisque adeo ritibus, seu caeremoniis, immittere.
 Quales caeremoniae non inania censerentur spectacula
 actusue, fortuito, et sine consilio, inuenti ac recepti, nisi
 lamque adeo rem certam denotantes, sed sunt symbola
 la, h. e. signa pulcherrima et antiquissima uirtutum, et certarum
 similitudines, quibus officia, partim a Principe, partim a populo
 praestanda, adumbrantur. Quemadmodum enim *Tacitus*
Quinius filio, de regimine quaerenti, hac ratione respondit
eum summa papauerum capita uirgula decuteret, immittit
etiam Atheniensium noctua, Thebanorum sphinx, et Romani
orum aquila, suis expressa symbolis, docent, qua uigilanti
qua prudentia, quae fortitudine administranda sit Respub-
lica, quae beatam ciuium uitam, gloriam amplam, uirtute
illustrem sibi proposuit. Ita etiam usitata in inaugurationibus
 symbola uirtutes et officia indicare, patet. Sunt autem illa
 omnino necessaria et minime praetermittenda. Rebus enim
 qua

quae in sensus cadunt, oculosque perstringunt, ut loquitur *Buddeus* in disp. de eo, quod decet circa solem. Princip. §. V. acrius mouentur homines, quam argumentis rationibusque luculentissimis. Hinc iis subinde ad uenerationem erga Principem excitantur ciuium animi. Neque eiusmodi symbolis et caeremoniis, ut falsis populi persuasionibus, ad imperantium commodum, utuntur, sed res certa moralis proponitur, qua reges ac populi admonentur, quanta Principum sit dignitas, et quae horum pariter ac ciuium sint officia. Quare ipsos Dei Prophetas in inaugurandis Regibus caeremoniis usos fuisse, constat. Quid, quod, solennibus hisce aliquid religionis inesse, *Boxbornius* existimat, eaque sanctiorem reddere Principem credi. Et, quoniam, si quid horum neglectum sit, nonnullis, ut illegitimis, id obiectum fuit, utique curanda est eorum obseruatio. Habita igitur eiusmodi symbolorum ratione, Politicam Symbolicam tradere constitui, idque ita, ut, quoniam multi uariique ritus, siue actus ad solennia regis inaugurandi occurrunt, praecipuos tantummodo explicem, eosque in tria omnino genera distributos, uidelicet in *antecedentes, comitantes, et consequentes*

TRACTATIO

C A P. I

DE ACTIBVS INAUGVRATIONEM ANTECEDENTIBVS

§. I

Cum inauguratio, striete accepta, de actibus illis, quibus consecratio Principis coniunctim absoluitur, potissimum sit intelligenda, necessarium mihi uidetur, ante omnia de actibus, seorsim institutis, ubi scilicet uel consecratoris, uel inaugurandi, uel ciuium personae separatim considerantur, aliquid praemittere. Hanc enim ob causam hic de actibus tantum praecedentibus sic agendum est, ut pri-

me quidem loco designatio tum personae quae Princeps
 consecrandi munus obire debet, tum loci, in quo conse-
 cratio illa sit facienda, proponatur. Persona illa, quae plerum-
 que consecratoris nomine uenit, est aliquis sacrorum antistes
 siue persona sacri ordinis illustrior, id quod in omnibus
 inaugurationibus usu receptum est. Committitur uero
 ordinarie officium illud, non ex ea ratione, ac si dignitas
 regum ab illis dependeat, id quod Pontifices, a quibus Romae
 olim Imperatores inaugurati sunt, frustra sibi persuaserunt.
 Vid. *Baronius T. X. Annal.* Sed quia illi sunt ministri Dei, a quo
 omne regnum proficiscitur, unde ipsa etiam Clinodia, ex
 parte, sacra uasa merito nominantur, adeoque per sacras ea
 manus tradi, conueniens videtur. Hinc singulare pietatis sy-
 mbolum existit. Namque Princeps aequae ac populus mereri
 debet, uti rerum agendarum omnium, ita regiae etiam
 dignitatis capessendae initium cum Deo esse faciendum,
 que hoc magis, quia omne imperium diuinae clementiae
 ceptum referri oportet. Hoc priscis iam temporibus
 obseruatum, siquidem de Romulo *Dion. Halicarnasseus* com-
 morat, illum hunc morem instituisse, ne quis aut regnum, aut
 maiestatem, caperet, nisi, captatis prius auspiciis, de qua re
Briffonius de Form. c. 1. Immo de Numa etiam Pompilio le-
 gitur, de se Deos consuli eum iussisse, ideoque ab Augure, (quo
 deinde, honoris gratia, publicum id perpetuumque Sacerdotium
 fuit,) deductus in arcem, in lapide ad meridiem sedente.
 Non uero tantum apud gentiles, sed etiam apud ipsum uerum
 Dei populum, antistites sacrorum inaugurationem regum
 obseruarunt. Quare a Samuele instaurationem noui regni
 posteri Israelis desiderarunt, cuius rei potestas etiam a Deo
 ei data, quam deinde inaugurando Saulum exercuit. Idem
 factum in Dauide et Salomone, qui ex hac inauguratione
 per manus antistitis sacrorum instituta, regnum sibi a Deo
 concessum, intellexerunt, eamque ob causam cum Deo regni
 initium faciendum esse, duxerunt. *1. Reg. III, 5. seqq.* Sic
 regni

regnis fere omnibus, Christianae religioni addictis, eiusmodi mos etiamnum seruatur, ut reges per manus personarum sacri ordinis inaugurentur. Quod quidem institutum, licet et alia subsit ratio, potissimum tamen pietatis causa, et ob exhibendam reverentiam publicam Deo et religioni, peragitur. Immo ex eo populus cognoscere debet, regem a Deo esse constitutum. Id quod ministri et amici Iehu, regis in Israele, etiamsi antea perperam et satis impie de propheta consecratore senserint, postea tamen probe intellexerunt. Nam, unctione per Prophetam facta, Iehum uere a Deo constitutum esse regem, iudicarunt. 2. Reg. IX, 11. seq. Accedit et hoc, quod plerisque populis sit persuasum, sacerdotibus arctius esse commercium cum summo Numine, eos diuinae uoluntatis esse interpretes, adeoque in maximo honore habendos. Qua quidem re omnes, qui actu inaugurationis interfunt, commouentur, eo maiorem hic pietatem esse praestandam, quo sanctior sit persona, quae modo orando, modo constituendo regem, eumque admonendo et consecrando, officium sanctum peragit. Quare nec Imperatores Rom. inaugurantur, nisi ab Electore sacro, siue infulato, uid. *Pufendorf. in Monzambano. l. 4.* Nec frustra apud omnes fere gentes receptum est sacerdotibus illud munus demandare, sed Principem pariter ac populum tali consuetudine ad pietatem et alia officia sic optime admoneri posse, primi horum rituum auctores iudicant. Quapropter in constitutionibus regnorum sancitum est, inaugurationem a certis semper Episcopis fieri oportere. Quem ad modum e.g. Reges Franciae ab Archi-Episcopo Rhemensi, Angliae Reges ab Archi-Episcopo Cantuariensi, Poloniae a Gnesnensi, aliquando a Cracouiensi, Sueciae ab Upsaliensi, alii ab aliis inaugurari solent. Quae adeo obseruantia docet, regem nouum eandem religionem cum antecessoribus profiteri, eiusmodi etiam obsequium eis praestare subditos debere. Accedit et reuerentia, quae animis ciuium erga nouum regem tum maxime imprimatur, cum

cum, summum sacrorum antistitem, qui prima saepe pena in ea est republica, ubi nullus Rex imperium tenet, ut Republica Iudaica, vident, dignitatem regiam conferre. quidem ille hoc nomine totius facit societatis in ciuitate, ius sacerdotes primaria membra non immerito nominantur. Sanctum itaque hunc actum esse, et pietatis hinc symbolum existere, ex antea dictis iam satis constare, arbitror. Testatur vero etiam hac de re locus, in quo consecratio fieri solet, qui est templum, seu aedes sacra. Actum enim templum inaugurationis non esse profanum, luculentissime constat, cum nullus locus sit templis augustior. Recte igitur ubi reges ibi auspicia regiminis capiunt, recte ibi, ubi Deus singulari modo praesens est, ciues pro salute patris patriae uota ac preces fundere debent. Praeterea multis est persuasum, in uno eodemque templo actum illum propter fieri necessario, quia nouus rex, alio in loco inauguratus, non legitimus esse possit, id quod exemplum Henrici IV. Regis Galliae docet. Huius enim constitutionem legitimam in dubium uocarunt Guisiani, quia non in templo S. Regii inauguratus fuisset. Pariter apud Britannos uetusta consuetudine receptum est, ut in templo Cathedrali West-Monasteriensi, et ex eo loco, principalis iurisdictio auspicia legitime accipere debeat. Vnde et inique tulerunt, quod Carolus ad parcendum sumptibus, hanc consuetudinem non obseruasset, quod ex *Tbuano* affert *Becmannus* c. l. p. 426. Etsi vero libertati Principis non ita stricte limites sunt ponendi, tamen sine causis grauioribus ab eiusmodi consuetudine recedendum esse, puto, propterea, quod noua semper sunt suspecta loca etiam sacra ad actum eiusmodi sacrum, ab initiis regum sunt destinata, immo pietas ibi colitur melius, et sanctius bona uota sanctius nuncupantur. Quare etiam hoc Principes inaugurationem ibi concedunt libenter, et ad maiestatem et officia, quae postulant curam templorum, Ecclesiarum ministrorum, et alia, commouentur. In concione itaque

puli, et loco, Numini dicato, ubi cultus religiosus ab omnibus membris ecclesiae istius ciuitatis persoluitur, etiam nouus Rex, tanquam membrum nobilius Ecclesiae, testari debet, se Deum colere uelle, quandoquidem sacra aedes eum admonet, ut sibi diuinam clementiam, ad officium bene exequendum, expetat. Regem colunt subditi, Rex autem colere debet Deum, cuius gratia ipse, se regnare, in fronte editorum profitetur. Sed quid sibi uelit titulus ille, qui de diuino uicariatu Principum sumitur, fusius hic exponere instituti ratio haud permittit. Pauca tamen afferam, quae huc spectare uidentur. Videlicet titulus ille, *Nos Dei Gratia*, primum ad humilitatis ostentationem adhibebatur, et in confessionem, caelesti potentiae se dignitatem suam debere, conf. *Dan. V, 21*. Quare Henricus IV, Imp. aliquando scribit, *Henricus, non usurpatione, sed pia Dei ordinatione, Rex*. Imo iam Cyrius illo titulo utitur. *II Chron. XXXVI, 23. Esr. I, 2*. Pari modo Iustinus, Imp. in *Aët. Concil. CPLI*, a Deo custoditus Imperator nominatur. Originem uero solennis usurpationis tituli huius censores eruditi Diplomatum tractant, uid. *Mabilonius de re Diplom.* Transit enim in titulum honoris, et merito illo uiri summi utuntur, ut demonstrent, se non subiectos esse humano arbitrio, sed potestatem a Deo habere, cuius uicarii ipsi et regni eius administratores dicuntur. *Sap. VI, 5*, ex quo diuinae etiam sanctitati et iustitiae conformiter agendum esse, intelligunt, uid. hic *Io. Christoph. Becmanni Diss. de diuino uicariatu Principum, Francof. 1688. conf. Frid. Geisleri disp. de titulo Principum, Nos Dei Gratia. Lips. 1677. rec. 1722.*

§. II

Postquam igitur in primo actu, inaugurationem antecedente, pietatis regiae symbolum nobis ante oculos posuimus, nunc ad alterum, qui huc referri debet, actum progredimur. Dicitur autem hic praeparatio sacra Principis inaugurandi, qui quidem actus cum priori quodammodo

conuenire uidetur. Vti enim talis praeparatio sacra ieiunio, uigiliis ac precibus, in sacro plerumque loco, fieri solet, ita pium pariter officium Principis declarat. Quis confiderare debet, ad rempublicam, bene beateque administrandam, tanto maiori opus esse sapientia, quanto grauius est cuncta regendi onus. Omnem uero sapientiam assidue oratione a Deo impetrari oportet. Praeparationem hanc sacram omnino necessariam duxit Christianus V, Danicae Rex, quapropter non solum orationibus diuinum sibi exoptauit auxilium, ad regnum feliciter suscipiendum, sed etiam ipso coronationis die, hora septima matutina, sumpta Sacrosancta Romana, pietatis edidit documentum, quod testantur *Acta Coronationis*. Suo quoque modo Galliae Rex animum ad praeparationem applicat, utpote qui totam, quae coronationem antecesserit noctem, in templo Rhemensi uigiliis et orationibus committere debet, id quod a Carolo VIII et Henrico IV in templo S. Mariae Carnutensi obseruatum, legimus in *Cerem. Franc.* Idem de regibus Angliae tradit *Theatr. Europ. T. IX*. Eiusmodi uero Principum praeparationem ob bonum utique finem fieri, certum est. Etenim, qui sibi magnam profuturam rem, de ea bene expedienda antea cogitare debet. Quis autem difficilius arte imperandi? quid sapientiam maiorem postulat? Itaque a Deo precibus sanctis oportet impetrate. Qua in re duces habent reges sapientissimum Salomonem, qui, imperandi difficultatem intelligens, nihil magis desiderabat, quam ueram sapientiam. Habent omnino reges officium arduum, cum nihil praecipitanter, nihil ambitiose agere, priuatis hominibus antecellere, non mollitie, sed delitiis, sed prudentia, sed uirtute, et curis, semel parta tractari, augere, emolumento denique patriae, familiae ornamento, praesidio afflictis, terrori hostibus esse debeant, hoc opus, hic labor est. Considerans haec Gregorius Nazianzenus, reuera, inquit mihi uidetur ars artium, et disciplinarum, hominem regere, qui certe est inter omnes

animantes maxime et moribus uariis, et uoluntate diuersus, *in Apolog.* Huic assentit Cicero *Philipp. 8*, cum dicit, magnum est, personam in republica tueri Principis, qui non animis solum debet, sed oculis seruire ciuium. Quibus tandem sententiam eiusdem addam, Hae sunt, ait, uirtutes imperatoriae, labor in negotiis, fortitudo in periculis, industria in agendo, consilium in prouidendo, *pro leg. Manil.* Ex his igitur patet, quam necessaria sit praeparatio sacra Principis inaugurandi, quam necessitatem iam olim Scipio Africanus cognoscens, non ante ad negotia publica iuit, quam in cella Iouis Capitolini moratus fuisset, uid. *Valer. Max. l. 1, c. 11, p. 12*

§. III

Sequitur nunc agnitio publica noui regis, quae uariis, pro regnorum uarietate, modis fieri solet. In regnis enim, ubi electio usitata est, statim post electionem illa agnitio sequitur, in Anglia primo, post obitum antecessoris, die, in aliis alio tempore. In plerisque tamen regnis, ipso inaugurationis die, ciues a consecratore interrogantur, an talem sibi regem uelint? quod etiam usu uenit in nonnullis regnis haereditariis, e. g. in Gallia, non quasi nouus Rex esset eligendus, sed ut, eo Rege declarato, suam obedientiam et fidem profiteantur, quam ex institutione diuina ipsi, ut pote supremo suo Domino, debent, uid. plura exempla apud *Bernannum in cit. syntagm. Dign. Illustr. Disp. IV, cap. II, §. II, p. 432.* Hae agnitione publica, in nonnullis regnis consueta, probare multi uolunt originem omnium regum, scilicet penes populum fuisse libertatem eligendi, et hanc illi etiam nunc conuenire, duplici tamen ratione populi uoluntatem manifestari, nempe aut expresse, per leges, aut tacita quadam consensione, per consuetudinem. Confirmat ergo agnitio publica leges, olim datas. Eo uero illa pertinere uideatur, ut Princeps, non praecipiti irruptione, sed libera subditorum consensione et admissione, regnum sese obtinere, co-

gitet, populus autem, Principi, semel agnito admissoque
parendum esse, recordetur.

§. IV

IV Pro-
missio
Principis

Postremus denique actus, ipsam inaugurationem an-
cedens, est promissio Principis, cum nempe, certa se mun-
in rebus, tum sacris, tum profanis, rite procurandis, obse-
uaturum esse, solenni etiam iureiurando, pollicetur. Qu-
quidem promissio aliquando post inaugurationem fieri so-
let, in Imperio uero Romano duplex datur, una ante uncti-
nem, altera uero post collationem clinodiorum, uid. *Lunig.
Schauplaz aller Ceremonien T. I. c. 12.* Immo in nonnullis reg-
Principi inaugurando proponuntur libri Euangelici, qu-
bus dextra manu contactis, peragitur promissio, addito iur-
mento, his uerbis, Sic me Deus adiuuet et haec sancta E-
Euangelia, uid. *Becmannus c. 1.* Spectat autem promissio haec
in primis ad fidem eiusque propagationem, et fidelium con-
fessionem, itemque ad administrationem regni bonam et i-
delem, iustitiam quoque exercendam, et alia huiusmodi offi-
cia, de quibus exempla affert *Lunig. c. 1.* Et talis quidem
promissio indicat, Principem non suo quiduis arbitrio agere
re posse, sed certa teneri obligatione, quam legibus diuinis
conuenienter seruare debeat. Nam, licet Princeps legibus
fit solutus humanis, adstrictus tamen est diuinis, uid. hic *Bu-
dei Diff. de Principe, legibus humanis, sed non diuinis, soluto, Hal-
1695.* Conantur quidem Pontifices Romani Reges sibi sub-
iectos reddere, eaque propter aliquando inaugurandi Prin-
cipes reuerentiam, subiectionem et obedientiam eis prom-
tere debent, quod in primis in Imperatoribus Rom. obse-
uatur. Sed iam satis hanc promissionem explicarunt Poli-
litici, eam scilicet non esse fidelitatis iuramentum, aut homi-
gium, sed promissionem tantum fidei catholicae seruanda
uid. *Becmann. c. 1.* Diuinis igitur legibus subiecti Principes
sunt, quas ratio status mutare nequit. Quam ob rem pe-

caret omnino Princeps, si aliquid diuinæ uoluntati contrarium promitteret, e.g. se cultus diuini rationem, ab ipso Deo præceptam, esse mutaturum, aut ciues, ueriori addictos religioni, ad alienam amplectendam coacturum, eosue prorsus extincturum. Proinde Guilielmus III, Britanniae Rex, iusiurandum, de extirpandis hæreticis præstitum, stricta hac interpretatione temperauit, quod persecutionis necessitas ipsi haud sit imposita, uid. *Andr. Adam. Hochstetter. in Colleg. Pufendorf. p. 317.* Et Sigismundo, Sueciae ac Poloniae Regi, ideo regnum fuit abrogatum, quod, recepto aureo uellere, iurasset, se Romanam fidem propagaturum, hæreticis prorsus extirpatis, prout ex *Exegesi rer. Suec. commemorat Beckman. c. l. p. 516.* Aliter uero sentiendum de legibus humanis, quales improprie, habita obligationis, utpote effectus, ratione, etiam pacta, inter Principem et populum inita, uocari solent, caeque fundamentales. Nam Princeps, si leges eiusmodi fundamentales uiolat, hoc ipso quidem peccat, et ad satisfaciendum reipublicae in conscientia obligatur, at imperium ideo haud amittit, nec populi iudicio eatenus subest, ut statim pro tyranno haberi, regno expelli, aut morte multari possit. Non enim, nisi a superiore, aut pari, iudicari potest Princeps. Quapropter non magis uim ei opponere licet, quam parentibus, quorum iniuria, nisi cum extremo coniuncta sit periculo, ferenda dicitur, ut scribit *Magnif. Dn. Praefes in Synops. Philos. Moral. p. 703. et p. 73 seq.* Nihilo tamen fecius et hic ualeat rescriptum Seueri et Antonini, quod in *Institutionibus §. fin. quibus modis test. infirm.* affertur, his uerbis, **Licet legibus soluti sumus, attamen legibus uiuimus.** Quo spectat et illud Theodosii et Valentiniani in *l. 4 Cod. de LL.* Digna uox maiestate regnantis, legibus alligatum se Principem profiteri. Idem sentit Imper. Alexander in *l. 3 C. de Testam.* ubi licet enim, ait, lex Imperii solennibus iuris Imperatorem soluerit, nihil tamen tam proprium est imperii, quam legibus uiuere. Huc pertinet sententia Phalaridis, Non alia de causa est nomen meum graue, quam quod legibus non obtempero,

pero, *sed lex ego sumi subditis.* Qualis quidem obseruatio legum magis ob uoluntatem diuinam necessaria est, quam ob statuta humana, illa enim postulat, ut Princeps, sic se gerendum exemplum praebeat subditis. Idque non sacrae tantum aeternae iubent, sed ipse etiam *Ouidius* hac de re praeclare conuenit, *Fast. l. 8.*

Sic agitur censura, et sic exempla parantur,

Cum iudex, alios quod monet, ipse facit.

Promittunt itaque Principes statim in principio imperii se seruare uelle statuta, propterea nempe, ut nullus metuetus sit abusus summae potestatis, adeoque securitati subditorum prospiciatur, utpote qui inde certi fiunt, leges, consuetudines et priuilegia sua naufragium non passura, uideat in his *Becman. cit. loc.* Nec promissio talis auctoritati illorum quicquam detrahit, cum et de Diis suis commemorent *Poetae*, illos ad certa pacta, palude stygia inuocata, adstrictum fuisse, uideat in *Ouid. Trist. l. I. El. IV. et Virgil. Aen. 6.*

C A P . II

DE ACTIBVS INAUGURATIONEM COMITANTIBVS

§. I

1 Vnctio.

Iusto nunc ordine ad actus, qui solennia Regis inaugurationum comitantur, seu potius qui ad ipsam inaugurationem pertinent, animum aduertimus. Consideranda uero hic primo loco est Vnctio, eiusdemque significatio addenda. Aperit se nobis hic campus dicendi amplissimus pariter atque amoenissimus. Ut autem diste rem proponamus, ante omnia de unctioe, *ὀλικῶς*, s. uerse spectata, agendum erit. Videlicet indicat illa in primis diuinam Regis constitutionem, cum omnes, qui uel ecclesiae, uel reipublicae, apud Iudaeos praefici debebant, id ungi consueuerint, ut gratia diuina diuinisque donis instru-

rentur. Conf. *I. Sam. XVI, 13.* Omne autem id, quod olim ungebatur, sanctum, et Deo dicatum esse debebat, quapropter non solum sacerdotes, *Exod. XXIX, 7.* *Leu. XXI, 10.* sed etiam tabernaculum et omnia uasa eius oleo sacro consecrabantur, *Num. VII, 1.* *Exod. XL, 9.* Eaque de causa hoc deinde adhibitum est in unctione Regum, e. g. Salomonis, *I. Reg. I, 39.* quo significabatur, constitutum esse Regem a Deo ipso, conf. *I. Reg. X, 1.* et *c. XVI, 1, seqq.* sanctum ergo esse debere. Hanc uero unctionem, iam ante regnum Iudaeorum, in usu fuisse, patet ex *Judic. IX, 8. 15.* immo etiam in constitutione Azaelis, idololatrae, in Regem Syriae, adhibita fuit, *I. Reg. XIX, 15.* Quid de quatuor illis Regibus, quibus tantum unctio olim applicata fuit, dicendum sit, uid. apud *Becmannum c. l.* et alibi. Ex quo tamen patet, apud omnes fere gentes unctionem in magno pretio fuisse, potissimum, quia Reges ex illa dignitatem suam, pariter atque officia intelligere potuerunt, ne scilicet infra dignitatem aliquid committerent, cum illam a summo Numine acceperint. Quod hodierni itidem Reges considerant, eaque propter unctionem adhibent, non tantum in testimonium reverentiae et cultus religiosi, sed etiam ut ipsi ita admoneantur de sanctitate uitae, qua in eminentiori gradu prae aliis se distinguere debent. Nam cum prae aliis sint instructi donis diuinis, eos etiam demonstrare oportet se ueros esse uicarios illius Regis, qui proprie unctus a Deo dicitur. Sed postulat illa pariter unctio certa a subditis officia, ne scilicet improbi erga Reges sint, sed magna reuerentia unctos prosequantur. Probo hoc exemplo Davidis, qui Saulum non alia de causa occidere noluit, quam, quia unctus fuerit Domini. Pretium unctionis sciebant etiam Norwegi, qui nullum remedium aduersus promiscuam caedem Regum suorum statuerunt melius, quam ut ungerentur, ita enim timorem et reuerentiam magnam imprimi omnibus crediderunt. Vnctionem autem, *ολικῶς* spectatam, sequitur unctio, *μερικῶς*, s. sigillatim consideranda, ubi uidelicet mate

riæ, formæ et partis subiectæ respectus est habendus. haec distincta comprehendit symbola. Oleum enim ex p-
tiosis aromatibus conficitur, quod Principis inaugurandi
cellentiam designat, eiusque officium, singulari uirtute a u-
go hominum, uti separatus quasi est (נֵיזָר שֶׁמֶן מִשְׁחָתָה L
XXI, 12,) Deoque dicatus ac sacer, sese distinguendi, ut
oleum tale sacrum dicitur Chrisma. Deinde, quemad-
modum oleum est lucis uehiculum ac nutrimentum, sic R-
praelucere omnibus debet, ut obscura quæuis ac dubia,
miseriarum quasi noctem depellere possit, integritatemq-
conscientiæ conseruet. Immo, quemadmodum oleum
hibebatur, ut corpora fierent robusta, et ad tolerandum
stum atque algorem firmiora, ita etiam Reges, quibus a D-
concessa est summa potestas, expectant ab eo corporis a-
miquæ vires, ad impositum ipsis munus rite obeundam.
quoniam Salomo de uncto Dei, s. Christo, dicit, Nomen e-
esse oleum effusum, sic unctioe admonentur Reges, ut i-
nominis famam et gloriam sapientia sibi comparare, atq-
omnibus bonus odor esse studeant. Quod ad formam uncti-
nis attinet, illa non semper eadem obseruatur. Plerumq-
tamen, etiam apud Ebraeos, in Regibus ungendis, circulus
feu coronam, efficit, ideo, quod circulus perfectissima ap-
mathematicos figura habetur, et corona præcipuum Re-
insigne est. Adeoque præstantiam Regis, tum morale
tum ciuilem, designat, quæ Principem excitare debet ad s-
dium dignitatis suæ, omnibus modis tuendæ. Eamque
causam summi sacerdotes, s. Pontifices Iudæorum, ut a R-
gibus discernentur, ad formam crucis uncti fuerunt,
ste Schickardo, lib. de Iure Regio c. I, Theorem. IV, p. 75, conf. L-
decker. Antiqu. Iudaic. De partibus corporis ungendis alio
co agendum erit. Ceterum tanti semper aestimata fuit u-
ctio, ut fortuita etiam in bonum omen fuerit conuersa. Q-
de re exempla affert *Becmannus cit. loc. p. 463.*

non reges, sed principes §. II. Proximus ab unctione actus est coronatio, quae iam apud ueteres, etiam in conuiujs, cum unctione semper coniuncta fuit. Haec autem coronatio, uti singulare eminentiae regiae signum praebet, ita Principem commune facere debet, non nisi dignitati suae conuenienter omnia ab ipso agi oportere. Ipsa origo coronae, a graeca dictione *κορώνη*, quae notat summitatem arcus, s. semicirculum, praestantiam regiam significat. Auctoribus etiam latinis coronare est cingere, circumplecti, circumdare, munire, implere, cumulare, ornare, laudare. Ex quibus reges intelligunt excellentiam coronae, et commonefiunt, se quidem ubique honorem et dignitatem gerere, sed et ubique officia praestare debere. Origocoronarum dicitur a Nimrode esse, qui, cum uidisset coronae formam in caelo e nube, fecit sibi aliquam ex metallo, unde factum, ut dicerent homines, coronam ipsi e caelo delapsam esse. Aliter Virgilius, *lib. 12. Aeneid.* de Latino canit,

*Quadriugo uebitur curra, cui tempora circum
Aurati bis sex radii fulgentia cingunt,
Solis uisus specimen,*

ad declarandam diuinam, coronas gerentium, originem. Id enim heroicis istis temporibus significabant, perinde ac florente imperio Romano caput radiatum declarabat aliquem diis adscriptum. Hinc reges discant, qualia sint tam excellentiae originis argumenta, uid. *Paschalius de Coronis, p. 465.* Praeterea coronam, ultra cuius excellentiam mortalium uota non extenduntur, inuentam ex ea ratione esse, omnes credunt, ut sit luculentissimum insigne laetitiae, pietatis, morum optimorum, ingenij et doctrinae, uirtutis ac strenuitatis, uictoriae et felicitatis, denique summi inter homines fastigij, de quibus singulis exempla affert *Paschalius cit. loc.* immo legum est indicium, quia certis complicata est uinculis, quibus uita nostra, quasi religata, coercetur. Vnde Hieronymus



Pythagorae symbolum, εὐφρανὸν μὴ δρέπεσθαι, explicat, leges nō esse dilacerandas, sed in uigore seruandas, *Pierius Valer. Hierogl.* In primis corona omni tempore uiris duntaxat praepotentibus et praeclare meritis fuit imposita, quem modum Atheniensibus a Byzantinis coronae sunt datae. Ique reges uirtutibus suis conseruare debent dignitatem quam corona designat. Eamque ob causam coronationis nō minetota inaugurationio, per excellentiam quandam, nuncupari solet, siue ea diademate fiat, siue corona, proprie sic dicitur. Atque ideo corona etiam ex auro, metallo praestantissimo purissimo, conficitur, ut coronarum gestores admoneant puritate conscientiae se omnibus praestare debere. Ut in auro commendatur aurum ob raritatem, ita regi inhonestum est, quicquam in ipso conspici non singulare, non rarum, non regium, ne gestamen ipso gestore sit excellentius. Hinc a timidori uerba allegat *Paschalius l. c. p. 591*, quisquis aurum gestat, hunc oportet esse planē ἀπόλεπτον, spectabilem, suadendum et uenerabilem, non potest abscondi, quem splendor auri reuelat. Ergo corona est πολυμνήμων, multa gesta memorans, multa illum monens. Praeterea apex coronae crucem habere solet, ad significandam fidem in seruatore crucifixum, quamquam talis postea crux globo imponi coeueuit, uti mox dicetur. Clausa etiam corona plerumque esse solet, ad indicandum, Reges, saltem Euangelicae aetatis religioni, in sacris, quatenus de externis, agitur, et praesentibus rebus omnem habere potestatem, adeoque ad Ecclesiam non minus, quam rempublicam, procurandam, tuendam esse obstrictos. Quales quidem coronae clausae Imperatoribus primum propriae fuerunt, et coronae imperiales aetate, testibus *Godofr. de Iena in Disput. V. de Elect. Imp. Theop. p. 224.* et *Io. Seldeno in lib. de Tit. honor. P. I. c. 8. p. 179.* Postea uero in Gallia, sub Rege Henrico II, et in Hispania, sub Philippo fuerunt receptae. Quod autem uariis, iisdemque pretiosis gemmis ornari solet corona, id uarias indicat uirtutes



quibus Princeps eminere debet. Conf. *Ezech. XXVIII, 12 seq.* Operae pretium erit hic commemorare, quae Innocentius III, P. M. ad Iohannem, Angliae Regem, missis annulis quatuor, totidem gemmis ornatis, scripsit. Smaragdi uiriditas, ait, fidem, Sapphiri serenitas spem, Granati rubicunditas charitatem, Topatii claritas operationem bonam significat, de qua Dominus dicit, luceat lux uestra. Habes igitur in Smaragdo, quod credas, in Sapphiro, quod speres, in Granato, quod diligas, in Topatio, quod exerceas, ut de uirtute in uirtutem ascendas, donec Dominum uideas in Sion, uide etiam ap. *Beermannum in cit. Syntagm. dign. Illustr. Disp. IV c. 3.* explicationem gemmarum coronae, a Petro de Reua datam. Ceterum tanti apud certos populos coronatio fuit habita, ut omnia acta Regis, non coronati, effectu caruerint. Exemplo esse potest Vladislaus, Hungariae Rex, qui non pro genuino habitus est Rege, quia non usitata semper corona S. Stephani, quam Elisabetha dolose subtraxerat, fuerat inauguratus. Non igitur mirum est, si amissio, aut lapsus, coronae malum habere omen credatur. Sic infaustum pariter euentum ex eo ominati sunt Sueci, quod corona Regis ipsorum Caroli XII, cum, in ipsis inaugurationis solennibus, in equum adscendere uellet, in terram decidit, et pretiosissima eius gemma simul amissa fuit, narrante hunc casum *Io. Iac. Schmauffio in Additam. ad uitam huius Regis, germ. script. p. 726.* Quae omnia docent, Regem coronam suam, famam et regnum fideliter custodire et tueri debere. Pretiosa enim bene sunt seruanda. Quid uero praestantior regia dignitate? Hanc perpendens Canutus, Rex Angliae et Daniae, seque ea indignum iudicans, coronam suam capiti simulacri Christi crucifixi imposuit, nunquam postea usus eiusmodi ornamento, uid. *Polyd. Vergil. Hist. Aug. l. 7.*

§. III

Coniunctus cum coronatione actus est concessio globi, in qui priscis quidem temporibus imperii uniuersalis signum fuit,

fuit, hodie autem eam denotat potestatem, quam inaugura-
 dus in totius regni sui prouincias, omnesque ciues, eide
 subiectos, habet. Quo etiam Princeps commonetur, ut ip-
 potestatem hanc, diuinitus sibi concessam, exerceat, suiq-
 adeo officii partes expleat, ne utiquam uero suis omnino mi-
 nistris, nedum uni, permittat. Cum enim de summo Reg-
 Deo, in scripturis dicitur, illum totum orbem in manu suste-
 tare, nihil aliud intelligitur, quam gubernatio eius uniuersa-
 lis, et prouidentia, qua omnia sustentat, et nunquam mor-
 les deserit. Quare etiam uicarii eius his in terris, Reges,
 hac globi concessione iudicare debent, summum hocce of-
 cium non negligentia, aut incuria erga subditos, seruari po-
 se, sed hic requiri summam uigilantiam atque prudentiam,
 ut patres patriae merito nominari, et totam sphaeram mu-
 di, scilicet actiones hominum in terris, secundum propria
 uoluntatem rectam, dirigere queant. Princeps itaque, glo-
 bum in manu tenens, hic officii sui optime memor esse pote-
 quod in primis salutem reipublicae communem postulat.
 Ad hunc enim scopum obtinendum notitia status publi-
 accuratior requiritur, quae consistit in notitia regionum,
 quam late pateant, quibus rebus indigeant, quibus abunde
 itemque in notitia subditorum, legum fundamentalium, fi-
 mae imperii, status uiciorum. Ut omnia uero breui co-
 prehendam, Principi semper globus ante oculos uersari de-
 bet, seu, quod idem est, notitiam debet habere de regione sua,
 ut salutem publicam eo melius curare possit. Ipsi uero ue-
 manu, non aliorum, teneatur globus, necesse est. Quare
 digna est conditio Principum, qui omnem reipublicae g-
 bervationem ministris suis relinquunt, ipsi uero, de reg-
 parum solliciti, omne tempus uoluptatibus, comessationibus
 aliisque corruptelis destinant, consumunt, perdunt. Globus
 uero hic ex manu tradere uidentur, et aliorum quasi ser-
 tutem subire, quemadmodum Philippus III, Hispaniarum
 Rex, cum aliquando a deambulatione domum esset regre-

sus, in mensa reperit epistolam signatam, et sic inscriptam, Philippo III, Regi Hispaniae, nunc in servitio Ducis de Lerma existenti, prout ex P. de Matthieu lib. II. narrat. II. sect. XII, affert *Jo. Georg. Roeser. in Diss. de Amicis Principum, p. 25.* Quod si autem globus hic fortunam instabilem, cui Princeps expositus est, denotat, uti quidem Petrus de Reua id explicat, Rex inde colligere debet, non fidendum esse fortunae regiae, suaeque potestate abutendum, sed iuste, moderate, sapienterque imperandum. Et, quoniam globus, ut mundi est signum, terram quoque, ex quatuor mundi partibus collectam, includit, considerare debet Princeps, se, licet in maximo dignitatis fastigio sit collocatus, humum tamen esse cineresue, non secus, quam alii sunt mortales, adeoque cum aliis hominibus, suo etiam imperio subiectis, naturalem quandam aequalitatem habere. Pariter crux, quae ex consuetudine globo addi solet, admonere debet Reges, tum a Christo crucifixo, caeli terraeque Domino, suam se habere potestatem, tum Christianos se esse, adeoque obstrictos ad populum Christianum, prout Christianum postulat officium, regendum, conseruandum ac tuendum. Origo huius crucis in globo a Constantino M. esse creditur. Hic enim in somno crucem uidit in caelo, addita inscriptione, In hoc uince. Malunt autem alii Iustinianum huius auctorem habere, qui statuae suae globum cum cruce dedit, in signum, se fide in crucem terra potitum esse. Fides enim est crux, quod Deus in ea passus est, globus autem terra, ob figuram sphaericam, uid. *Becman. Diss. de diuin. uicar. Princ. p. 25.* Ex tali igitur cruce cognoscere debet Princeps, non aliter esse imperandum, quam ut dignus euadat, quem uiuificae crucis uexillum tueatur.

§. IV

Accepto itaque manu sinistra globo, dextrae adiungitur sceptrum, quod tamen in nonnullis regnis uice uersa peragitur. Est autem hoc clementiae et iustitiae symbolum. Ete-

nim Princeps cogitare debet, se uirgam uirtutis et aequi-
 tis accipere, ut demulceat pios, improbos autem terreat. Hic
 enim uerbum ipsum, quod in Ebraea lingua uirgam et sce-
 ptrum denotat, indicare uidetur, uidelicet, Reges, secundum
 clementiam, poenas etiam statuere debere. Immo cum sce-
 ptrum origine sit uox Graeca, et a uerbo, σκήπτω, deriuand-
 quod significat innitor, incumbo, ornamentum hoc doce-
 Reges esse debere fulcra reipublicae, adeoque et subditos
 necessitate Regum admonet. Sumitur etiam uox aliquando
 pro robore, s. praesidio, quo significatu *Xenophon*, in uita Cyri
 sceptrum Cyri, Regis, dicit, esse amicos eius multos. Aliqua-
 do uero ipsum regnum denotat, quare *Virgilius* in *Aeneid.*
 v. 257, ait,

*Hic pietatis honos? (exilium) sic nos in sceptris reponere
 (regna amissa restituis.)*

Et *Iacobus*, moriens, sceptrum de Iuda, i.e. regnum, non auer-
 rendum, dicit. Hinc sceptrigerorum nomine in sacris et pro-
 fanis libris summi imperantes intelliguntur, ut uidere licet
Amos I, 5, 8, Ezech. XIX, 10. Denotat etiam sceptrum iuris-
 dictionem et potestatem, siquidem de priori loquitur diuinus
 scriptor, *Psalms CX, 2*, de posteriori uero in *Psalms II, 9*. Habent
 autem sceptris figuram rectam, non incuruatam, et in lin-
 eam aequabilem extensam, quae iustitiae symbolum constitui
 quippe cum haec in actionibus hominum, in ordinem red-
 gendis, omnibusque, ad aequalitatem reducendis, occupetur
 simulque, quod summi imperantes iustitiae potissimum stu-
 dere debeant, indicat. Quare sapientes uoluerunt, Principum
 normae atque regulae similem esse, ad quam reliqua appli-
 cata, recta, non curua, euadant, uid. hac de re *Ernest. Frid. Cob-*
Disp. de Sceptrorum Origine et Ratione symbolica. Quare antiqui-
 simus sceptrorum usus, omnibusque Clinodiis prior existit.
 Ab Homero iamdum commemoratur, et ab Aegyptiis in
 manibus Osiridis pingebatur, quo, teste *Macrobio*, imperium
 et potestatem regiam indigitarunt. Immo a Patriarcha, *Iaco-*
 bo

bo,ui benedictionis,filio traditum sceptrum fuit. Inclinationem sceptri clementiae signum olim fuisse, ex eo patet, quod Reges Persarum sic propitium suum erga aduentantes animum declararunt, sicuti cognosci potest ex *Esther. IV, 11*. Proinde tanta interdum eius necessitas fuit, ut sine eo ipsa inauguratio effectu caruisset, nisi inaugurandus prudenti quadam ratione sibi consuluisset. Quod quidem felicissimo euentu fecit Rüdolphus Habsburgicus, Germanorum Imperator, et gentis Austriacae progenitor, qui, cum ordinis Imperii, in coronatione, Aquisgrani instituta, ob sceptrum deficiens, iusiurandum recusarent, crucem paruum ex altari arripuit, atque ad eos haec protulit uerba. **Ecce signum, in quo nos, cum toto mundo, sumus redempti, et hoc signo utamur pro sceptro, commemorante id Lebmanno in Chron. Spir. L.V, p. 624.**

§. V
 Adiunctionem sceptri excipit porrectio ensis, qui, ut publicam Principis potestatem, tum puniendi subditos, tum debellandi hostes, significat, ita inaugurandum quoque admonere debet de gladio, recte utendo. Nam, non frustra magistratum gerere gladium, ipse D. Paulus docet, Rom. XIII, 4. et simul admonet subditos, ne impie quid agant, sed reuerentiam et obsequium Principi praestent. Hic enim sequi summum iudicem, Deum, debet, cuius uicarius nominatur, atque adeo gladio aduersus improbos uti, Psalm. VII, 13. Hanc quoque ob causam in multis regnis solennis illa ensis porrectio absoluitur his uerbis, **Ecclesiam propugnet, desertos adiuuet, iniusta ulciscatur. Praeterea consuetum saepe est, ut inaugurando ensis antecessorum porrigatur, quo horum exemplo moneantur noui reges, sibi in eadem uirtute eodemque robore agendum esse.** Sic enim in Anglia adhibetur gladius S. Eduardi, Regis, in Bohemia S. Wenceslai, in Hungaria S. Stephani, in Imperio Germanico Caroli M. gladius. **Licet itaque uerum**

rum sit, quod Antoninus Pius dixit, principatum non a po-
 nis, aut suppliciis, sed a mansuetudine potius auspicandum
 esse, eum tamen cum multis pugnare oportet, qui mul-
 tū vult imperare. Ad puniendum enim non iracundia, sed a-
 quitate ducuntur, adeoque legum similes esse debent, qui Re-
 publicae praesunt, ut monet *Cicero offic. lib. I.* Immo ius pu-
 niendi, quod ad Principis officium vindictivum pertinet
 statuitur ob civitatis salutem, cum ea secura non foret, ne
 legum auctoritas consistere posset, sine hac, propter cor-
 ruptionem hominum. Quapropter poenarum omnium finis
 est emendatio peccantis, satisfactio et exemplum, ut scribit
Magnif. Dn. Praeses in Synops. Phil. Moral. p. 691. Caeterum quae
 formula illa sibi velit, Gladio animaduerti, apud Romanos
 olim usitata, vid. apud *Briffonium de Formulis, lib. VII, f. 78.*
 Sed non solum aduersus subditos peccantes uti gladio Prin-
 ceptus debet, sed et contra hostes externos. Postulat enim offi-
 cium eius, ut tempore pacis de bello cogitet, et iusto tem-
 pore illud incipiat. Quapropter *Virgilius, Aeneid. l. VI* egr-
 gie canit,

Tu regere imperio populum, Romane, memento,

Hae tibi erunt artes, pacique imponere morem,

Parcere subiectis, et debellare superbis.

Ita enim comparatae sunt res humanae, ut Princeps, etiam
 si pius, sapiens et iustus sit, tamen omni semper abstinere be-
 llo non possit, quia improbitas hominum alios semper quiete
 esse non finit. Sed quid iustum piumque bellum apud Rom-
 nos fuerit, de quo *Briffonius in cir. Formul. l. IV, f. 344,* et quo-
 nam hodie ita nominari debeat, fusius persequi instituti nostri
 ratio prohibet. Quare uero gladius strictus inaugurandus
 detur, ratio haec est, ut ita admonetur, semper Principem pu-
 niarum esse debere ad puniendos malos, quae officii pars nu-
 quam est intermittenda. Immo vibrari ab eo plerumque so-
 let, ad significandum, omnes, sine respectu personarum, im-
 probos puniri oportere, et varias esse causas variosque gra-
 dus huius muneris, modo ab hac, modo ab altera parte exe-
 cend

cendi, cum intra peccetur, et extra. Potest etiam ille mos, uide-
 cet uibratio gladii, a consuetudine ueterum Romanorum origi-
 nem habere, apud quos iuraturi enses uibrabant, et distring-
 bant, quo significarent, euaginatiis gladiis ulciscendam esse ui-
 lati sacramenti fidem, uid. *Rosini Ant. R. l. X, p. 1012.*

§. VI

Actus, priori succedens, est exhibitio annuli, cuius quidem
 significatus alias uarius fuit, in primis autem extitit signum in-
 genui hominis, et fidem indicauit. Quapropter seruis fuit ne-
 gatus, eo tamen impetrato, ingenuitas impetrata cognosceba-
 tur. Huc spectant uerba Ciceronis ad Quintum fratrem, Sit an-
 nulus tuus nunquam minister alienae uoluntatis, sed testis tuae.
 Praesertim uero adhibitus semper annulus est in contrahendo
 matrimonio, ad obfirmandam fidem mutuam contrahentium.
 Quare et in inaugurationibus exhibitio annuli arctissimam Prin-
 cipis cum populo suo coniunctionem significat, indeque fluere
 officium eundem tuendi, nec unquam deserendi. Intelligebat
 hoc Elisabetha, Angliae Regina, quapropter, suadentibus mini-
 stris de marito eligendo, respondit, Se iam habere maritum, et
 pignus matrimonii cum regno in digito gerere. Et ita se omni-
 no res habet, ciues se suaque bona Principi, ut ea custodiat, bonae
 fide committunt, et, ut sponsa suo marito sese offert, atque simul
 imperium ipsius accipit, ita populus Regi obedientiam et con-
 iunctionem, tradito signo, promittit. Quod cum Princeps digito
 applicat, tacitum consensum et fidem dat, se officia, fidelitatem
 scilicet, et quae huc spectant, praestare uelle. Sed populus etiam
 meminisse debet, ad mortem usque Principi adhaerendum, ne-
 unquam alium eligendum esse. Materiam quod attinet annuli,
 ea idem hoc confirmare uidetur. Ex auro enim plerumque con-
 ficitur, quod est metallum perfectissimum et firmissimum, quod
 in igne durat. Ita amor populi pariter ac Principis non debet
 esse fucatus, sed purissimus, fides etiam sine fraude, et in aduer-
 sis constans. Materia igitur ad constantiam spectat, forma ad
 perpetuam coniunctionem. Coram Ecclesia praeterea annu-
 lus datur, ut eum accipientes meminerint, fidem, coram Deo

tam religiose datam, sancte etiam esse seruandam, utpote cui promissi annulus testis est perpetuus. Conferri hic potest *Pez Mülleri Disp. de Annulo Pronubo.*

§. VII

VII Prae-
bitio cla-
uibus.

Proximum nunc locum occupat praebitio clauium, quibus tum prouidentia Principis in procurando augendoque fisco tum subiectio populi, ideo designatur, quod clauium traditio dominium certae rei simul conceditur. Constat enim inter omnes, usu esse receptum, ut, si urbs, aut arx munita ab hoste fuerit occupata, claues statim ei praebeantur, et ita dominium agnoscatur. Ita etiam apud Romanos olim marito, domum sponsae intranti, claues tradebantur, tanquam argumentum domini in familiam, et fidei in maritum. Sed quale hoc sit dominium, quod Principi ita in subditorum bona conceditur, uariae sunt opinionum. Volunt enim nonnulli, eminens hoc esse dominium, h. e. ut explicant, tale, quod uniuersas ciuium possessiones Principi proprias facit, ita, ut nolentes uolentes, omnia, quaecunque sumus imperans postulat, ei dare atque concedere debeant, etiam si hoc ad reipublicae salutem conseruandam minime pertinet uideatur. Sed cum iura naturae et gentium, quae distinctiorem dominiorum respiciunt, minime sint uiolanda, patet, emittens illud dominium non indicare, esse in Principis potestate priuatorum facultates rapere, aut immoderatis expilationibus populum deglubere. Sed potestatem et ius disponendi de rebus Princeps habet, ut ipsa lex, quantum id salus Reipublicae postulat. Recte ergo Constantius Chlorus, amicis admonebatur, quod de augendo fisco uideatur parum sollicitus, respondit, Publicas opes rectius a priuatis haberi, quam intra unum claustrum reseruari. Huc pertinet etiam officium Principis, quo tributorum exactiorem moderari, et rei familiaris ciuium curam habere debet, ut ita fiscus augeri possit. Quando uero publicae salutis conseruatio id requirit, obstricti omnino ciuium sunt, ut Principi neruum rerum gerendarum de suis possessionibus concedant. Quemadmodum etiam Principes curam a

hibent

bent, ut clauēs non solum ad utenda subditorum bona, sed etiam ad occu-
panda eorum corda conferuentur.

§. VIII

Iis omnibus, quae haecenus sunt recensita, peractis, fieri solet deduc-
tio regis in thronum, non solum regni possessionem, sed summam etiam
dignitatem eius ideo indicans, quod thronus et eminentiori positus est loco
et pretiosissime ornatus. Quae consuetudo antiquitate illustris est, de throno
enim regis Moabitarum in sacris literis legitur, Iudic. III, 20, et de Pharaone
dicitur, illum sibi Iosephum in omnibus parem fecisse, excepto solo
regis, Gen. XLI, 40. Deducitio uero solennis in thronum primum de inaugu-
ratione Salomonis commemoratur, 1. Reg. I, 35, quam necessariam prece-
tabant principes Israelitarum, ac proinde, cum Iehu unctus esset, pro rati-
one temporis et loci, quisque tollens pallium suam, posuerunt sub pedibus
eius in similitudinem throni. Hinc itaque princeps discere debet, nihil
throno hoc indignum esse admittendum, eundemque per fugium esse opor-
tere subditis. In eminentiori enim loco sedens, non solum ab omnibus con-
spicitur, sed ipse etiam omnes uidere potest. Ita ciues animum aduerte
regi, ad eiusque nutum totos se conuertere, Principes uero curam subdito-
rum habere, eorundemque desideria cognoscere debent. Immo, uti regni
possessionem tenent, ita etiam eiusdem fidelem administrationem exerceant
neceffe est. Praeterea in tanta ueneratione ipse thronus regius habitus ser-
uatus est, ut in illo insidere, cui non conueniebat, nunquam non crimini de-
bitum, et capitale iudicatum sit, non secus ac si eiusmodi res in contemptum ma-
iestatis fieret. Quapropter Adrianus Seruianum interfici iussit, quod in se-
lio regio sedisset, ut ex historia constat. Sed nec reges ipsi aliquid indignum
throno admittere, nec iniustam ex illo sententiam dicere debent. Quema-
modum enim de Deo, iudice huius uniuersi, legitur, illum in fine seculi acti-
ones omnium hominum de throno suo iudicaturum esse recte, ita in solio seden-
tes regio omnibus, quod aequum est, ut tribuant, officium eorum postu-
lat. Quo spectant uerba Henrici IV. Galliae Regis, qui magnam populi
cohortem, ad inaugurationem Mariae coniugis congregatam, uidens, esse huius
extremi iudicii imaginem, dixit, commemorante *Becmanno c. l.*

§. IX

Ultimo denique loco hic poni debet gratulatio, quae ideo fieri solet,
collata Principi maiestas agnoscat, et primum uenerationis publicae spec-
men edatur, adeoque tum Rex de persona Regis, rite tuenda, tum populus de
colendo amandoque Rege, commonefiat. Ipsi enim Principi ad sui status ratione



formandam, conuenit, existimationem, amorem populi et securitatem sibi comparare, quia ab unius Principis salute saepe pendet totius reipublicae salus. Quae re *Plinius* ad Traianum scribit, In salutem unius collata omnium uota, quum tibi se ac liberis suis intelligerent precari, quae pro Te precarentur, *Paneg. c.* Gratulatione itaque hac subditi quasi homagium primum praestant, et fluit exinde reuerentia erga Principes, ut honorifice de illis sentiant et loquantur, deinde fidelitas, ut fidem seruent, nec alieno Principi plus adhaereant, et denique, ut obsequium in omnibus declarent, quae non contra ius diuinum et conscientiam rectam esse, intelligunt. Dicitur etiam gratulatio illa salutatio, quae cum aliquando adoratione fuit coniuncta. Quare *Silius Italicus* egregie canit,

*Concordes Regem appellant, Regemque saluant,
Scilicet hoc summum norunt uirtutis honorem.*

Propterea Diocletianus salutationem plane in adorationem conuertit, siquidem de eo scribit *Eutropius L. IX, c. 26*, Primus adorari se iussit, cum ante eum ceteri salutarentur. Idem etiam patet de Caligula et Domitiano, qui uolebant, tamquam Dei, adorari, flexisque genibus cuncta ab illis erant expetenda. Et, quoniam etiam idem *Eutropius c. l.* talem adorationem regiae consuetudinis forma uocat, adeoque eam, utpote actum ciuilem, Regibus proprium fuisse, constat. Pontifex Romanus eam, ut actum sacrum, seu honorem, commentitio Christiano uicario, exhibendum, sibi hoc minus arrogare potest, quod ipsi Pontifices Romani quondam Imperatores, rite inauguratos, hoc modo salutarunt. Quippe Leo III, Pontifex, Carolum M. abs se coronatum, more antiquorum Principum adorasse dicitur in *Annal. de gestis Caroli M. ad A. DCCCL.* Ipse S. Paulus honorem Principibus persoluendum esse, Christianos docet, Rom. XIII, 7. ubi per τὴν τιμὴν externa reuerentiae signa intelligi, ad h. l. obseruat *H. Grotius*. In primo adoratio etiam in sacris literis saepe pro actu mere ciuili sumitur. Compositur autem illa, pro diuersis gentium moribus, uarios actus, ueluti inclinationem corporis, deosculationem manus dextrae, ad Principem salutandum per rigendae. Vnde *Tacitus Libr. VI, Annal. c. 4.* dicit, Manu uenerari. Et *Hieronymus* uerba Psalmi secundi, germanice per uerbum *küßet*, s. osculamini, redacta, interpretatur per τὸ adorate, quia, qui adorant, solent deosculari manum, caput submittere. Cum eiusmodi autem salutatione plerumque coniuncta est acclamatio, quae diuersa admodum reperitur. Hodie praesertim his uerbis fieri solet, Salus et gloria, uiuat Rex, uiuat longum. Praecipuum enim caput officiorum, quae a ciuibus circa inaugurationem Principum exiguntur, hoc est, uotum maxime opportunam occasionem uota pro salute et incolunitate Principis nuncupandi et soluendi sibi oblatam, existiment, uid. *Buddens in cit. Diss.*



de eo, quod decet circa solen. Princ. Hac uero gratulatione, quae cum adoratione et acclamatione uotiuæ saepe coniuncta est, uti diuina Regum origo indicatur, ita non solum Princeps admonetur, ut, diuinam gerens imaginem, Deique sustinens uicem, diuinæ etiam uoluntati conuenienter imperet, sed et populus certior redditur de diuina Principum constitutione, ipsisque exhibendo propterea honore, et præstando obsequio.

C A P . III

DE ACTIBVS INAUGVRATIONEM SEQUENTIBVS

§. I

Ex actibus, qui inaugurationem, proprie sic dictam, proxime sequuntur, primo se loco offert oblatio munerum sacrorum, quæ, uti a gratam pro accepto diuinitus regno mentem significandam fieri solebita Principem commonefacere potest de officio rem sacram procurandi, eademque operantes munifice augendi. Quomodo enim semper acceptissima munera sunt, quæ auctor pretiosa facit, ita etiam summis in rebus uiris curam demandauit Deus circa res sacras, templa et Ecclesie Ministros. Ipse donis spiritualibus munificum se ostendere uult, uicarii autem eius Principes, temporalia largiendo, tales se præbere debent. Huius itaque officii ut faciant initium, peracta statim inauguratione, offerre munera solent, quemadmodum hoc pia antiquitas constituit. De origine quidem eiusmodi oblationis nihil certi constat, nisi quis opinari uelit, eam prouenisse a gentiliū moribus, qui semper Diis munera offerebant, de quæ *Virgilius* 2. *Aenid.* Dona ferunt, onerantque aras, maestantque iuuenos, Aut imaginem quondam eius esse, quod Gen. XIV, 18, legitur, Melchisedecum, Regem in Salem panem et uinum protulisse. Haec enim munera in plerisque regnis usitata sunt, offerunt uero etiam aurum et argentum, quæ omnia partim necessaria ad uitam, partim pretiosiora sunt. Idque ex ea ratione fit, ut significant, proprium Regis officium esse, ut templis non ea tantum, quæ sunt necessaria, sed etiam ornamenta, ministris ecclesie ea, quæ partim ad uitæ necessitatem, partim ad eius commoditatem pertinent, concedant, cuius rei symbolum, facta gratulatione, eaque gratam mentem testandi causa, oblatio illa munerum esse potest.

§. II

Sed non tantum erga res sacras et sacerdotes, sed ad omnes etiam subditos extendere se debet munificentia Principum, quapropter eiusmodi oblationem sequitur sparsio missilium. Haec non magis ad conseruandam inaugurationis

memoriam instituitur, quam ad ostendendas Principis inaugurati uirtutes, quorum emblemata eiusmodi missilibus plerumque continentur, ita, ut subditi toto meliorem de Principe, eiusque imperio futuro, spem concipere possint. In nonnullis antiquorum nummis, qui ad rerum, praeclare gestarum, memoriam interdum eudebantur, causae adiici solebant, ueluti in nummis Augusti *Aegypto capta, Asia recepta, Ciuibus seruatis, Signis receptis*. Sic in Domitiani nummis legitur causa, *Germania capta*. In Neronis, *Vebiculatione Italia remissa*. Coronis quoque, quae in nonnullis nummis exprimuntur, additur *ciues seruatos*. Quorsum Ouidius, l. 3 *Trist. El. 1*, alludit, dicens,

*Causa superpositae scripto testante coronae
Seruatos ciues indicat huius ope.*

Missilia autem non solum ad conseruandam suscepti regiminis memoriam faciunt, sed in eum quoque sparguntur finem, at ciues illis semper commoneant, se fidem et obedientiam Principi promississe, de qua promissione non quam recedere debeant. Colligunt etiam ex missilibus, qualem de imperio spem sibi concipere possint, id quod testantur Emblemata, de quibus vid. *Man. c. 1*. et *Lunigii Schauplaz*. Seruare uero id, quod in illis promissum, ne subditos fallat spes, Principi omnino conuenit.

§. III

III *Creatio Equitum.*

Actum, modo commemoratum, plerumque excipit creatio Equitum, quae non modo nobilissimum maiestatis ius conferendi dignitatem designat, eiusdem quoque prouidentiam in constituendis eiusmodi equitibus, qui uirtute sua, belli pacisque tempore, rempublicam tueri debent. Fuit ab initio illi dignitas praemium uirtutis heroicae, in pugna cum hostibus in primis ostentata, cum scilicet de ciuitate, aut regione, uel defendenda, uel occupanda, conatum fuerat. Quia uero postea uiris etiam sacri ordinis collata haec dignitas est, ita, ut illa mere ciuile nominari nequeat, sequitur exinde officium eorum, puta, Ecclesiae auxilio esse, et ad fortiter defendendam christianam rem, dem omnes corporis atque ingenii uires intendere. Quapropter illi personae dignitate hac ornari solent, ut testantur *acta Inaug. Maximil. II.* ad tuendam enim rempublicam in primis concordia et auxilium praestant uirorum requiritur. Immo instituitur eiusmodi equitum creatio ipso inaugurationis die, ut ita admoneantur reges, Principis esse, uiros, de re publica praeclare meritos, praemiis et dignitatibus augere.

§. IV

IV *Instructio conuuii.*

Ultimum denique regiae munificentiae symbolum est instructio conuuii, quae iam olim apud Israelitas consueua, 1. Chron. XIII, 39, 1. Reg. II



immo omnibus fere gentibus solennis fuit. Pertinet uero ad hunc actum a
 satura bouis, de cuius consuetudinis origine uariae sunt uariorum sententia.
 Multi putant, deriuandam esse illam a triumphis Romanorum, cum enim Im-
 peratores in capitolium ingrederentur, bos maectabatur candidus, et in uictima
 offerebatur. Quare *Ouidius*, sibi repraesentans uictoriam Augusti, *L. IV*
Trist. El. 2. ita scribit, *Nunc* - -

*Altaque uelantur fortasse palatia fertis,
 Tburaque in igne sonant, inficiuntque diem,
 Candidaque adducta collum percussa securi,
 Victima purpureo sanguine tingit humum.*

Retinuerunt uero et hodie Principes illum ritum, in primis die inaugura-
 tionis, non quidem ut bos uberioris annonae symbolum sit, quemadmodum uet-
 res nonnulli crediderunt, ideoque in throno Salomonis repertum eius simul-
 crum esse, sunt opinati. Sed illa conuiuii instructio, quo etiam haec assatu-
 bouis, immo fluxus uini, distributio pannorum, similesque actus pertiner-
 eum in finem facta uidetur, ut non solum magnificentiae argumentum
 sed felicitatis et abundantiae etiam symbolum sit, quam, ut in inaug-
 rationibus regum uotis suis merito expetunt ciues, ita et Principes bo-
 nihil omittunt, quo spem opinionemque ciuium, de felicitate rerumque
 abundantia, per prouidam reipublicae administrationem, in se deriuanda, co-
 firmare possint. uid. *Buddeus in cit. disp.* Praeterea laetitiam quoque pub-
 cam tale conuiuium designat, quam Princeps excitare, subditi alere debent,
 unde eiusmodi festiuitates olim Hilaria sunt dictae, uid. *Brissonus loc. cit.*

EPILOGVS

Sic ergo praecipui, quibus reges inaugurari solent, actus, iique fe-
 communes, eo, quo fieri potuit, studio, explicati sunt. Plura quidem hac
 re dicenda fuissent, si integrum aliquod uolumen conscribere uoluisset, cui
 materia talis nequiquam sterilis, sed amplissima et copiosissima appareat. V-
 rum haec pauca, prout instituti ratio tulit, exposuisse sat habeo. Occurrunt
 praeterea et alii actus in inaugurationibus, qui nonnullis demum regnis sunt
 proprii, atque adeo specialiozem tractationem requirunt. De his
 autem, si Deus fuerit, in altera quam primum exer-
 citatione agere constitui.

TANTVM.

CLA

CLARISSIMO DN. MAGISTRO

S. P. D.

P R A E S E S

Quanta cum laude Fratris Tui exemplum imitaris, V. C. tanta cum voluptate idem TIBI officium iam persoluo, quo erga ipsum abhinc annos quinque sum defunctus. Nimirum, quemadmodum ei, cum praeclaris doctrinae specimen ederet, publicam hoc nomine gratulationem feci, ita TE riter, egregias ingenii dotes, scripta abs TE dissertatione, proferentem, optime prosequi omnibus nunc gestio. Etenim, quam graue dignumque Tua commutatione argumentum selegisti, tam exquisita etiam ratione, et singulari industria, in eo exponendo es uersatus. Qua de causa tantum abfuit, ut, eiusmodi scriptum omnino immutandum esse, censerem, ut, quale id mihi exhibuerat, tale et ipsum fere reddendum TIBI, arbitrarer. Itaque, cum Tuum sit, Tuue Marte elaboratum elucubratumque, illius TE auctorem iure meritoque profiteris. Neque unam hanc exercitationem, me moderatore, instituere sat uis habes, sed ad aliam TE paras, eamque Tuo ipsius praesidio tuendam. Quotique institutum quo laudabilius est, eo largiorem gaudendi ominandique materiam suppeditat. TIBI quidem, V. C., diuinam apprecor opem, ut etissima Tua studia, Tuique conatus generosi, ex animi sententia succedant. VENERANDO autem PARENTI Tuo impense gratulor, quod TE quodque Filium nactus est, ut eximia praeditum indole, sic paternae uirtutis laudisque domesticae perstudiosum. Quod si, teste Cicerone, nihil dulcius hominum generi a natura datum est, quam sui cuique liberi, et ipsa uirtute ii cariores habentur, qui excellenti sunt ingenio, Tuus profecto PARENTIS Filios optimos tam iusto amore, quam sincero quodam iudicio, diligat. Quid uero mirum est, hanc felicitatem Doctori Theologo obtingere, qui, pro insigni sua pietate, eruditione perfecta, atque experientia singulari de republica sacra, suae commissa fidei, optime meretur. Talia certe meriti diuina et immortalia, non possunt non, cum ceteris huius uitae bonis, tu praecipue liberis, tanto Genitore dignis, a Deo remunerari. Faxit nunc deo hic idem summus iustissimusque praemiorum diribitor, ut TECUM, V. C. Progenies Mulleria omnis PATRE, tam pio, tamque indulgenti, totidem utatur annos, quot uota pro eius incolumitate uitaeque longissima nuncupentur. Vale. Scribebam Vitembergae XII Calend. Maii

CI 3 Io cc xxxvi



